rak lachrymis amissa pecunia veris. Esa. xxiiij. a. Luxit ꝛ de fluxit in terra. Itē adulationis. Juuenalis: Flet si lachrymas ꝓspexit amici. Ouidꝰ: Ut flerent oculos erudiere suos. Itē gaudij. Tobie. xj. c. Tobias maior occurrit obuiā filio suo: ꝛ osculatus est eum cum vxore sua: ꝛ fleuerunt ambo cum gaudio. Itē presentis afflictionis. Threni. j. a. Plorans plorauit in nocte ꝛc. Itē extrema danationis. Matth. xxij. b. Ibi erit fletꝰ ꝛ stridor dentium. a Turbatus est ꝛc. oculꝰ meꝰ, i. oculꝰ mentis.

b A furore. s. ab ira contra peccatū. Furiosus enim debet ee homo ꝓtra pctā. Vl' alit. Triplex e furor dei. Primꝰ fuit in adā qm dixit ei: Adā vbi es: Et expulit eū de paradiso. Scōs est q̄ dat malos i reprobū sensū. Tertiꝰ erit: qm tradent reprobi i eternū supliciū. Et e sensus: Turbatꝰ e oculꝰ meꝰ. s. mentis: A furore/exercitato i adā. Vl' a furore/q̄ dant mali i reprobū sensū. Vel a furore q̄ tradent mali i eternū supliciū. i. a timore illius furoris. Vnde Job xxvj. c. Columne celi contremiscūt. Hieroꝰ. Quotiēs die iudicij venerit: toto corpe contremisco. Abacuk. iij. d. Audiui ꝛ ꝓturbatus est venter meꝰ ꝛc. Et bn dicit: turbatꝰ/p debitū timorē: n extinctꝰ p despationē. Et q̄ hic nō turbat/in futuro extinguet/qm mittet in tenebras exteriores: Matth. xxij. b. Nec mirū si oculꝰ turbat: Quia c Inueterauit: mētbrū factus veteris hois p pctm. d Inter oēs inimicos meos. s. vitia ꝛ demones ꝛ malos homines. Baruch. iij. b. Quid e israel q̄ i terra inimicorum es: inueterasti i terra aliena: coinquinatꝰ es cū mortuis: deputatꝰ es cū descendentibꝰ i infernū. Et q̄ sic peccauit/ꝛ iter pctā diu mansit: nō est mirū si turbat a furore/q̄ supueniet pctoribꝰ. Bn aūt dicit hō inueterari p pctm, ppt multas cās. Una e: qr sicut senes amittūt visū: sic pctores amittūt spūale visū. Ps. Cōprehenderūt me iniquitates meę/ꝛ nō potui vt videre. Itē alibi: Supercecidit ignis/ꝛ nō videt solē. Eccles. xij. b. Tenebrescent/videntes p foramina. Itē amittūt dentes: sic pctores dentes dilectionis. Eccles. xij. b. Ociose erūt molentes in minuto numero. Econtra or de moyse Deut. vltꝰ. c. Mō caligauit oculꝰ eiꝰ: nec dentes illiꝰ moti sūt. Itē virtute gustandi amittūt: sic pctores spūalit: Vnde dixit bercellai ad dauid. ij. Regꝰ. xix. f. Octogenariꝰ sū hodie/nūqd vigent sensus mei ad discernendū suaue aut amarū? Itē auditū amittūt senes: sic pctores. Eccles. vltꝰ. b. Obsurdescent oēs filie carmis. Et bercellai dixit: Nūqd possū audire vocē cantantū? Itē amittūt odoratū. Eccli. xxij. d. Nasū tuū p̄cidet. Econtra Gen. xxvij. d. Sensit isaac fragrantiā vestimentorū iacob. Itē fiunt tremuli: sic pctores. Eccles. vltꝰ. b. Excelsa timebūt ꝛ formidabūt in via. Ps. Ibi trepidauerūt timore vbi n erat timor. Itē inflatuat: sic pctores. Ro. j. d. Dedit illos i reprobū sensū. j. Corꝰ. xiiij. d. Nolite pueri effici sensibꝰ. Itē sūt ꝓpe finem. Heb. viij. d. Qd antiquat ꝛ senescit/ꝓpe interitū e. Itē pleni sūt rugis: sic pctores. Job xvj. b. Rugę meę testimonium dicūt ꝓtra me. Itē immūdi sūt: nullꝰ aūt immūdior pctore. Deut. xxxij. a. Peccauerūt ei/ꝛ nō filij eiꝰ i sordibꝰ. Apocꝰ. vltꝰ. c. Qui in sordibꝰ est sordescat adhuc. e Discedite a me ꝛc. Tertia pars in q̄ ppha i psona penitentis ondit se ee correctū: ꝛ iō petit libari a malis/dicens: Discedite a me: in p̄senti/aio ꝛ si nō loco: oēs q̄ operamini iniquitatem. Vel de futuro pōt legi sic: Discedite. i. discedetis in generali discessione: qm statuet dns oues a dextris/hedos aūt a sinistris: Et dicet: Ite maledicti in ignem eternū: Matth. xxv. d. In via est trm pticularis discessio siue separatio a malis: Que triplex e: Ad cautelā: ad medicinā: ad supbiā. Ad cautelā: qm separamꝰ nos a mundo: sic claustrales. Gen. xij. a. Egredere de terra tua ꝛ de cognatione ꝛc. Ad medicinā/qm falce ecclīastica separamꝰ malos ab ecclia: vt spūs eorū salu? fiat. j. Corꝰ. v. b. Ad supbiā separabāt se pharisei ab alijs. Lucꝰ. xviij. b. Mō sū sic ceteri hoīm. Dicit g: Discedite a me ꝛc. j. Corꝰ. xv. d. Corūpūt bonos mores colloq̄a prauā. Eccli. xiij. a. Qui tetigerit picē/coinquinabit ab ea. Sen. Potiꝰ videdū e cū qbꝰ edas q̄ qd edas. Et iō Discedite f Qm exaudiuit dns vocē fletꝰ mei. i. fletū meū p voce. s. cōpunctionē p cōmissis: q̄ fletꝰ vel cōpunctio e vox in aure dei: quia vt dicitur: interdū lachrymę/pondera vocis habent. Judith. viij. b. Indulgentiā eiꝰ cū lachrymis postulemus. Ibi Interlin. quę pondera vocis habent. Tob. iij. a. Cepit orare cū lachrymis. Ibi Glo. Oro deū lenit: lachryma cogit. Hec vngit: illa pungit. g Exaudiuit dns deprecationē meā. de malis amouendis. h Dns oronē meā suscepit: de bonis ꝛ virtutibꝰ adipiscendis: q̄ duo necessaria sūt: qr egressus vitij/virtutū opaꝰ ingressū. Ter dicit/dns/ad denotandā trinitatem. i Erubescāt ꝛc. Quarta pars: in q̄ orat, p inimicis: optās eis multa necessaria ad salutem. Primū est erubescentia exterior: Vnde dicit: Erubescāt. s. de malis actibꝰ. De q̄ dicit Gregꝰ. Per exteriorem erubescentiā interiorem corrige culpę. Hic est lapis q̄ percussus e golias i fronte. j. Regꝰ. xviij. f. Eccli. iiij. c. Est ꝓfusio adducens gratiam ꝛ gratiam. Hiere. xxxj. d. Postq̄ ostendisti mihi/percussi femur meum: ꝓfusus sū ꝛ erubui. Scōm est timor: qd notat ibi: k Et cōturbent. s. timore. Hic e angelꝰ q̄. s. descendebat i piscinā ꝛ movebat aq̄: Job. v. a. Tertiū est cōtritio: qd notatur ibi: l Vehement oēs inimici mei: Mō enim vehement sed parū turbat/q̄ vsq̄ ad ꝓtritionē nō movet. Quartū est ꝓversio: ibi: m Cōuertant. Esa. Esa. xxxj. c. Cōuertimini sicut in ꝓfundū/recesseratis filij israel. Quintū est erubescentia interior: Vnde sequit: n Et erubescāt: intrinsecꝰ. Eccli. xliij. c. Ostende domui israel templū et confundantur ab iniquitatibus suis ꝛ metiantur fabricam: et erubescant ex omnibus q̄ fecerūt. Et petit hoc fieri intense dicens/ o Valde: Et cito: ibi: velociter. Eccli. v. c. Non tardes conuerti ad dnm. Vel pōt totū legi de futuro sic. Propheta videns i spū finem malorū dicit: i Erubescāt. i. erubescent in futuro maximo rubore dicentes: Nos insensati vitā illorū estimabam? insaniā: ꝛ finem illorū sine honore: Ecce ꝛc. k Et cōturbent. i. simul turbabunt in aia ꝛ corpe: nec leniter: sed l Vehement oēs inimici mei: q̄ modo sunt inimici; s tūc nō nocebūt. Et cū despare de indicio cperit: m Cōuertant. i. ꝓvertent a lęticia scōrū in cōfusionem. Repetit: n Et erubescāt. i. erubescent. Vel primū dicit Erubescāt/ppter erubescentiā exteriorem: q̄ erit qm peccata sua omnibꝰ manifesta erūt. Scōm ppt erubescentiā ꝓscientię remordentis. Et hoc: o Valde velociter: qr cito veniet repentina calamitas ꝛ subitꝰ interitꝰ: Prouerb. j. d. Sap. vj. a. Horrende ꝛ cito apparebit vob.

Expositio Ps. VII.

O Domine deus meus in te speraui. Titulus: In finem psalmꝰ dauid: quem cantauit dno pro verbis chusi filij gemini. Legitur. ij. Regꝰ. xvij. q̄ absalon consilio achitophel persecutus est dauid: quem dauid fugiens nudis plantis exiuit de hierlm: Et chusi q̄ erat amicus dauid/transiuit ad absalon: vt pia ꝛ necessaria proditione reuelaret dauid/quę absalon moliretur aduersus eum: ꝛ mandauit dauid vt de campestribus fugeret/ne caperetur ab absalon: et tamen prevaluit dauid: et achitophel se suspendit in figuram iudę/qui laqueo se suspendit: qm consilium quod de dauid improuisse occidendo deder/atmutatum est consilio chusi. Huic historię videtur alludere titulus: Sed potius agit de significato q̄ de significante. Achitophel/interpretat ruina fratris: Chusi/secretū vel silentiū: Gemini/dexter. Per achitophel intelligit iudas: q̄ tradidit fratrem suū

Ps. 30. Ps. 37. Ps. 15. Triplex dei furor. Triplex discessio siue separatio. Ps. 39. Ps. 57. Ps. 30. Ps. 37. Ps. 15. Quō orandum sit p inimicis. Historia. Allegorice.

a Turbatꝰ est ꝓ furore oculus meꝰ: inueteraūt ꝓ iter oēs inimicos meos. Discedite a me oēs q̄ operamini iniquitatem: qm exaudiuit dns vocē fletꝰ mei. s Exaudiuit dns deprecationē meā: dns oronē meā suscepit. b Erubescāt ꝛ ꝓturbentur vehement oēs inimici mei: cōuertantur et erubescant valde velociter.

Vl. tab ira. Vl. in oblꝰ inimicis meis. Vl. nō habet vehementer. Vl. ꝓfundent.

Jn finem psalmus dauid: quem cantauit dno p verbis chusi filij gemini. VII

frēz suū.i.christū:qui frater ōz:vt Job.xx.d.Vade ad frēs meos ꝛc.Et illō Ro.viij.f.Prīogenit⁹ ī multi frib⁹.Per chu si ḡ filiū gemini.i.psilio siue secreto dei/q̄ sacramētū ī carnationis occultabat:dauid.i.christ⁹/ruinā fratris.i.scelus iudę puertit in misericozdiā.Hoc secreto excęcata est synagoga:

Ro.11.d. ꝛ plenitudo gētiū intrauit: ꝛ postea excęcat gentib⁹/isrl salu⁹ erit.Hęc duo secreta nob sunt occulta.Unde apls Ro.xj.d.O altitudo sapiē ꝛ scię dei/ q̄ īcōprehēsibilia sūt iudicia ei⁹.Sz p̄mū secretū nob ē manifestū .s.icarnatio:iudęis vero occultū.Est ergo sensus tituli:Ps.iste dirigens nos in finē christū:est dauid.i.cuiuslibet fidelis:quē decantauit dño .i. ad honozē dñi:p verbis chusi/filij gemini.i.dexterę.s.dei:a quo ꝓpitio ꝛ dextero/ꝓcessit illud silentiū.i.secretū. Et nota q̄ duplex est silentiū:bonū ꝛ malū. Est bonū silentiū studij.De q̄ Esa.viij.b.Aquę siloe vadūt cū silētio.Ite silentiū pacl.Apocl.viij.a.Factū ē silentiū ī cęlo.Fuit aūt malū silētiū aū christi passionē:Tūc eēn fuerūt auditozes/ꝗ nō doctozes.Fuit aūt silentiū huic ꝓtrariū.s.qū fuerūt doctorez/ꝗ nō auditozes.i.obediētes.In medio istoꝝ venit christus.Sap.xviij.c.Cū mediū silētiū ꝓtinerēt oīa:ꝛ nox ī suo cursu mediū iter haberet ꝛc. Quinq̄ sūt ꝓtitiones.Primo petit libari a psecutiōibus.Scōo petit vt glia resurrectiōis christi subueniat:ibi:Exurge dñe.Tertio agit de iudicio regressi:ibi:Dñs iudicat pplos.Quarto metu futuri iudicij terret:ibi:Deꝰ iuder.Quinto lęta ꝓclusio ponit de ꝓfessione laudis:ibi:Cōfitebor.Potest aūt ps̄ iste ad lrāz exponi de dauid:vt.s.loquat dauid ī psecutiōe illa absalonis ꝓstitut⁹.Sz q̄ ꝗ planū est:circa mysteriū intrēdam⁹:q̄ ī p̄cedēti psalmo egit ꝓpha de pęnitētia:ꝛ pharao ꝓtēptus surgit in scādala:vt dicit Glo.sup Exo.Ideo petit ꝓpha ꝗ in pso/na fidel/generalit libari a psecutionib⁹ dęmonū:Uñ captās beniuolētiā a psona iudicl/cōmēdat eū a potētia:ibi:Dñe. Ite a benignitate:ibi:Deꝰ meus.Et subiūgit meritū:ibi: In te spaui:et ideo saluū me fac.Zach.ix.c.Cōuertimini ad munitionē vincti spei.Et oūdit q̄ triplici necessitate petit libari.Primo ꝓpt multitudinē hostiū:ibi:Ex oīnib⁹ ꝛc.Ps.Ut triplicati st sup capillos capitl mei/q̄ odert me gratl.Scōo ꝓpt crudelitatē eozūdē:ibi:Ne qū rapiat vt leo.Tertio ꝓpt defectū auxilij:ibi:Dū nō ē q̄ redimat. Dicit ḡ:O a Dñe:p potentiā. b Deꝰ meꝰ:p creationē. Ut sic/Dñe:p redēptionē.Tūc eēn dñs noster fuit:qū nos ita care emit.Deꝰ:p creationē.Aveus:p saluationē.Tūc eēn ꝗe noster erit:qū nob erit oīa in oib⁹.Ut/Dñe:q̄tū ad futuri iudicij potestatē.Ps.Cognoscet dñs iudicia faciēs. Deꝰ:q̄tū ad creationē.Deꝰ:q̄tū ad recreationē. c In te spaui:nō ī alio.Eccj.ij.c.Nullꝰ spauit ī dño ꝛ ꝓfusus ē. d Saluū me fac ex oib⁹ psequentib⁹ me.s.vitijs/dęmonib⁹ ꝛ malꝰ hoib⁹. e Et libera me:liberū faciēdo.s.dādo spūsctū:qz vbi spūs dñi/ibi libertas.ij.Corl.iij.d. f Ne qū.i.ne aliqū: g Rapiat vt leo aiaz meā.s.diabol⁹:q̄ tanq̄ leo rugiens circūit/quęres quē deuozet.j.Pet.v.c.

Ps.18. Ps.68. Col.3.b. Ps.9. Diabol⁹ dicit leo ꝓpt nouē

Dupl. est silentium. Partitio psalmi. Mystice.

Alt. ęterne.

a O Domine deus meus b in te spaui: c saluū me d fac ex oīnib⁹ psequentib⁹ me ꝛ e libera me. f Neq̄ū g rapiat vt leo aiam meā: dū h nō est qui redimat neq̄ i saluū faciat. Domine deus m meus si feci istud: n si est iniquitas in manib⁹ meis. o Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito p ab inimicis meis q inānis. r s

Alt. tergo.

De pe.dis. 2. opponit.

Alt. tergo.

Ad litterā. Mystice.

Lex q̄drupl.

Ps.18.

Diabol⁹ dicit leo ꝓpt multa.Primo ꝓpter superbiā.Job.xlj.d.Ipse est rex super vniuersos filios superbię.Scōo ꝓpt fortitudinē.Uñ Job.xlj.d.Nō est potestas sup terrā q̄ cōpareꝰ ei:q̄ factꝰ ē vt nullū timeret.Tertio ꝓpt atrocitatē.Hiere.vj.f.Crudelis ē/ꝛ nō miserebit.Quarto ꝓpt audaciā.Job.xlj.c.Nō fugabit eū vir sagittariꝰ.Uñ ex nimia audacia p̄sūpsit dñm tēptare:Matth.iiij.a.Quito qz ē horribil.Abacuk.j.b.Horribilis ꝛ terribil ē.Joheł. ij.b.Sic ꝓpt fortis p̄parat⁹ ad p̄liū:a facie ei⁹ cruciabunt ꝓpt/ oēs vultus redigent ī ollā.Sexto ꝓpt velocitatē.Abacuk.j.c.Velociozes lupis vesptinis.Septimo ꝓpt feto:ē. Job.xlj.b.De narib⁹ ei⁹ ꝓcedit fum⁹ sic ollę succēsę atq̄ fervetl.Octauo/qz naturalit timet leo gallū albū ꝛ ignē:sic diabol⁹ p̄dicatozē/q̄ dicit gallus Prouerb.xxx.d.Gallus succinctus lūbos.Ite timet ignem.Matth.viij.d.Quid nobis ꝛ tibi iesu fili dei:venisti huc aū tps tozqre nos.Mono qz qū egrotat/ḡrit simiā ꝛ comedit:sic diabol⁹ hypocritas:q̄ sic simię/bonis in exterioriib⁹ se ꝓformare volūt.Hoc significatū ē iij.Regl.x.d.q̄ classis salomonis deferebat ō tharsis simeas. b Animam.Non curat diabol⁹ de cozpore.Beñ.xiiij.d.Da mihi aias/cęta tolle tibi.Uñ Greg⁹.Mibil se fecisse estimat/cū aiaz nō sauciat.Et nota q̄ iste plus curat de aia q̄z de cozpe.Uñ Señ.Cōtēpt⁹ sui cozpis/certa libertas est.Et Greg⁹.Debilitatio hostl/ꝓfortatio ciuis. i Dū nō ē q̄ redimat:pctā tollēdo/nisi tu q̄ p̄o sanguīe redemisti.Esa.xliij.d.Ego sū/ego sū q̄ deleo iniquitatel. k Neq̄ q̄ saluū faciat:vitā donādo/nisi tu q̄ vitā resurgēdo reparasti:Esa.xliij.c. l Dñe deus meus ꝛc.Hic ponit meritū/qz īnocēs ꝛ patiēs.Ad lrāz dicit dauid:Quę sequūt accidāt mihi: m Si feci istud.i.si merui q̄ filꝰ meꝰ pseq̄ret me.Ut mystice iustꝰ sic dicit(Nec ē execratio vt obsecratio/ꝗ p̄dictio)Dñe deꝰ meꝰ si feci istud.i.q̄dlibet mortale pctm:qz/istud/ꝓnomē generale est:ꝛ q̄dlibet pōt demōstrare.Ut/Si feci istud.i.pctm supbię/qō causa significātię p ꝓnomē significat:qz ē maximū:Sic ōz:Quisq̄s fuit ille deoꝝ.i.maxim⁹.Uñ alibi:Emundabor a delicto maximo .i.a supbia.Uñ et dicitur radix oīm malorꝝ.Eccj.x.b.Initiū oīs pctī supbia:Duab⁹ de causis.Una/qz angel⁹ cecidit p illō.Alia:qz sic radix difficillime euellit:ita ꝗ vitiū: Quia etiā de alijs virtutib⁹/imo etiā de sua opposita virtute.s.hūilitate nasci solet.Uñ dicit Greg⁹.Valde cauendū est vitiū q̄ō de victoria surgit vitiorꝝ.Et alibi:Magna virt⁹ ē hūilitas/q̄ palliari petit supbia ne vilescat.Si feci istō: Jō etiā ōz/nō illō/q̄ō demōstrat rē remotā:ꝗ/istō/q̄ō demōstrat rē primā.Et nota q̄ ñ dicit:si feci supbiā:ꝗ/si feci istō:ꝛ ꝗ ꝓpt vilitatē ipsi⁹ supbię/q̄ nō est digna notari.Feci. Nota hoc:qz pl⁹ est facere q̄z esse:Et sic sup oūdit suā triplicē necessitatē: ita hic oūdit vel p̄tendit triplex meritū. Primo humilitatē suā hic:Si feci istō/supple mihi male accedat.Scōo ostēdit suā īnocentiā /subdens: n Si est iniquitas ī manibus meis.i.crudelitas:vel etiā aliq̄d mortale ꝓtiū ęqtati ī opibus meis.Tertio p̄tendit suā patientiā dicens: o Si reddidi ꝛc.Nota q̄ q̄druplex est lex.Carnis:mentis:diaboli:dei.Lex carnis/est voluptas:Mētis/ęquitas:Diabo/li/iniquitas:Dei/charitas.Lex carnis/est mala pro malis reddere:Lex mentl/bona p bonis:Lex diaboli/mala p bonis:Lex dei/bona p malis:quā ipse dedit:Matth.v.g.Diligite inimicos vros:bñfacite his q̄ oderūt vos.Js est ḡ sensus:Si reddidi ꝛc.i.si pcessi fm legē carnis: p Decidam ꝛc.Simile Job.xxxj.a.Si ambulaui in vanitate/ꝛ festinauit in dolo pes meus ꝛc.Nota q̄ patienter sufferre ab his quibus aliq̄s nocuit/magnū ē:Ab his q̄bus nō nocuit: maꝰ:Ab his q̄bus ꝓfuit/maximū.Q̄ō hic inuit de se:Si reddidi retribuētib⁹ mihi mala.q.d.ego retribui p̄ bona:ꝛ ipi ecōtra mala.Et si ego/reddidi ꝛc.Decidā ꝛc. Job.xxxj.c.Si gauisus sū ad ruinā ei⁹ q̄ me oderat/ꝛ exultaui q̄ inuenisset eū malū:Prouerb.xxv.c.Si esurierit inimicus tu⁹ ciba illum:si sitit/ potū da illi aquam bibere:prunas eēn congregabis super caput eius:ꝛ dominus reddet tibi.Et enumerat hic quinq̄ pęnas. q Prima est seruitus:ex hoc q̄ vincit a diabolo:ibi:Decidā/superatus: q Merito.i.iuste: r Ab inimicl meis.ij.Pet.ij.d.A quo quis superat⁹ est:eius ꝛ seruus est. Secunda est euacuatio ab omni bono:ibi: s Inanis.Lucl.j.e.Et diuites dimisit inanes. Tertia est instantissima tēptatio diaboli:ibi:

Persequat inimicus ꝛc.

a Persequat inimicꝰ ꝛc. Persequit aũt duobus modis diabolus peccatorẽ. s. difficultatẽ bñ opandi ingerendo: ꝛ delectationẽ in peccatis ponendo: ibi: b Et cõprehẽdat. Et est hec quarta pena. s. illaqueatio. De primo in Ps. Infixus sum in limo profundi: ꝛ nõ est substantia. i. firmamentũ vel firmitas bñ operãdi. De secũdo Mameri. xxv. a. q̃ de consilio balaã/mulieres moabitides deceperũt filios isrl. Quinta est vilificatio p iterationẽ peccati: ibi: c Et proculcet in terra. i. in amore terrenorũ: d Vitã meã. i. animã meã. Eccl. ix. b. Omis mulier q̃ est fornicaria/q̃si sterc̃ꝰ i via ab oib̃ pteréũtib̃ proculcabit. Preteũtes/sũt demones: q̃ dicũt Esa. lj. g. Incuruare vt transeam̃. Job. xviij. c. Calcet sup eũ q̃si rex interit̃. i. diabol̃. Sexta ẽ dissipatio imaginis dei in homine: Vñ sequit: e Et gloriã meã. i. rationẽ meã/fm quã factus sum filius deo: Et in hoc est gloria mea. Hanc inquã gloriã: f In puluerẽ deducat. i. in vanitatẽ/ꝛ i nihilũ. In ꝫ sensu accipit ibi: Tãq̃ puluis quẽ proiicit vent̃ a facie terre: Sz qz nõ feci: nõ deducet. Attende q̃ duo s̃. optat fidelis cum dicit: Decidam ꝛc. Optat em̃ sibi casũ si hoc fecit: ꝛ inimicis suis statũ. De iusticia optat sibi ruinã: de charitate illis bonũ: Desiderat em̃ de iusticia deorsũ cadere p separationẽ: ꝛ sic illos stare vel sursũ ferri. Inanis. i. sine substãtia boni ꝛ veritatis ꝛ ordinis: In terra em̃ est vanitas: in celo substãtia. Vñ Ps. Et substantia mea apud te est: Ergo in inferno maxima inanitas. Qd aũt sequitur: Persequat ꝛc. potest legi vt sit determinatio huius casus. Persequat: p suggestiones. Cõprehẽdat: p sensũ. Cõculcet: p actũ. Et gloriã meã i puluerẽ deducat: p suetudinẽ. Inimicus. i. diabolus: De q̃ Matth. xiij. d. Inimic̃ hõ hoc fecit. i. diabol̃: q̃ dicit hõ nõ ratione naturę/ꝫ ratione qualitatis/vel ab hoie deuicto. Gloriã. Est gloria creatiõis. j. Cor. xj. b. Vir est imago ꝛ gl̃ia dei. Itẽ gl̃ia recreatiõis. ij. Cor. j. c. Gl̃ia nr̃a hec est/testimoniũ p scientię nr̃e. Itẽ gl̃ia vanitatis. Job. v. g. Quõ potest vos credere q̃ gl̃iam abinuicẽ q̃rit̃ ꝛ Itẽ gl̃ia veritatis. Ps. Gl̃ia regni tui dicẽt: Et de q̃ b. Itẽ nota q̃ ẽ puluis material: De q̃ Gen. iij. d. Puluis es ꝛ i puluerẽ ibis. Itẽ ẽ puluis culpe. Esa. lxv. d. Serpẽti puluis panis ei̇. Et ẽ puluis pene: de q̃ hic. Et est puluis gre: De q̃ Cant. iij. c. Que est ista q̃ ascẽdit p desertũ sicut virgula fumi/ex aromatib̃ myrrhe ꝛ thuris: ꝛ vniuersi puluerisq̃ pigmẽtarij. g Exurge dñe ꝛc. Hec ẽ scda ps/i q̃ petit vt gl̃ia resurrectiõis christi sbueniat. Cõtinuatio. q. d. si b̃ qd s̃. dixi fiat: Exurge. i. veni i carnẽ/q̃ videri dormire. Sz videt q̃ deberet dic: Descẽde/p icarnationẽ. Vñ Esa. lxiij. a. Utinã dirũpes celos ꝛ descenderes. Itẽ Job. iij. b. Nemo ascẽdit i celũ/nisi q̃ de celo descẽdit. Sol̃. Ascẽsio ei̇ p icarnationẽ/fuit ei̇ manifestatio: sicut est de aurora. Esa. xix. a. Ascẽdet dñs sup nubẽ leuẽ. h In ira tua. i. apparere i carne contra inimicos. Sed videt q̃ male exponat hoc de primo aduẽtu: q̃ nõ fuit i ira: sz in misericordia: scdus aũt erit i ira. Sol̃. In ira dicit aduersus diabolũ/nõ aduersus hoies. Vel dicit propt̃ icredulos: qb̃ icarnatio nõ profuit: fm q̃ dicit Aug̃: Magna est ira dei/q̃si medicina versa est in venenũ. De q̃ Eccl. xliij. c. Medicina oũm in festinatiõe nebule. Primo q̃ petit liberari a malis suprad̃ict̃ p icarnationẽ christi/cũ dicit: Exurge i ira ꝛc. Secdo petit dilatationẽ regni christi/cũ sbdit: i Et exaltare i finib̃ inimicorũ meorũ. In finib̃. i. i terminis. Luc. xj. c. Cũ fort̃ armat̃ custodit atriũ suũ: i pace sunt oñia q̃ possidet: Si aũt fortior eo supuenerit ꝛ vicerit eũ/vniuersa arma ei̇ auferet. Gen. xxij. d. Possidebit semẽ tuũ portas inimicorũ suorũ. Sz qz nihil profuisset ei̇ icarnatio/nisi dñs resurrexisset: Põ tertio petit resurrectionẽ: ibi: k Et exurge dñe deus mė. a mortuis. Et nota q̃ ter dic i ꝫ Ps: Dñe deus mė: vt notet̃ trinitas: Et hic tertio loco ponit̃. q. d. virtute trinitat̃ exurge l In pcepto qd mandasti. i. merito humilitat̃ quã implesti i passione obediẽdo p̃i vsq̃ ad mortẽ. Et ꝫ est pceptũ qd mandauit dñs. s. humilitas: qd ipse primus ipleuit: et ideo in eo. i. merito illius resurrexit. Phil̃. ij. a. Humiliauit semetipsũ/factꝰ obediẽs ꝛc. Propt̃ qd ꝛ deus ꝛc. Vel pot etiã ꝫ q̃ dic: Exurge i pcepto ꝛc. d icarnatiõe exponi: sic dixi: Exurge in ira ꝛc. i. manifesta te in carne. Sz q̃lẽ: Humilẽ. Et ꝫ est: Exurge i pcepto: humilitat̃: Qd mandasti: Matth. xj. d. Discite a me qz mitis sũ ꝛ humilis corde. Et nota differentiã iter pceptũ ꝛ mãdatũ. Lex noua pcipit q̃si psentialit̃: ꝫ vetus mandat q̃si absens. Est g̃ sensus: Exurge i pcepto qd mãdasti. i. humilis appare: ꝛ qd alijs pcipis/iple. Esa. liij. a. Desiderauimus eũ despectũ ꝛ nouissimũ virorũ ꝛc. m Et synagoga. Hoc pt referri ad primã lectura sic: Exurge i pcepto ꝛc. i. resurge: Et sic/synagoga. i. pgregatio ppl̃orũ credẽs te verũ deũ eė: n Circũdabit te. i. colliget se ad te. Esa. ij. a. Eleuabit sup colles/calcãdo mortẽ i resurrectione: Et fluet ad eũ oes gẽtes/p fidẽ. Vel fm secũdã lecturã sic: Exurge i pcepto ꝛc. i. appare humilis in humanitate: si fac̃ qd alijs pcipis ꝛ pdicas. Et ex hoc/Synagoga ppl̃orũ circũdabit te: Quidã amãdo/fm illud Esa. lx. a. Leua i circũtu oc̃los tuos ꝛ vide: oes isti pgregati st̃: venerũt tibi. Qui dã pseqndo ꝛ pterendo/fm illud Job. xvj. c. Circũdedit me laceis suis/pulnerauit lũbos meos. Quarto petit ascẽsionẽ/subdẽs: o Et ppt hãc/synagogã. s. p In altũ. i. i celũ: q Regredere. s. ppt vtilitatẽ ei̇. Joh. xvj. b. Expedit vob̃ vt ego vadã: Si em̃ ꝛc. Mich. ij. d. Ascẽdet pãdẽs iter ãi eos/Ecce due vtilitates. s. missio spũsci: ꝛ pparatio vie. Regredere. Ps. A sũmo celo egressio ei̇: ꝛ occursus ꝛc. Job. xvj. f. Exiui a pre ꝛ veni i mũdũ: iterꝫ relinq̃ mũdũ ꝛ vado ad pre: Ecce regressio. Prio ei dñs descẽdit i carnẽ: ꝛ sic fecit q̃si lineã: ꝛ cũ ascẽdit/aliã/ꝛ vnũ ãgulũ. Itꝫ descẽdet ꝛ ascẽdet: ꝛ sic erũt q̃si tres ãguli: i q̃ trinitas notat̃. Nota q̃ ẽ triplex regressio dñi. Una corpal̃: q̃ ipe regressus ẽ resurgẽdo ꝛ ascẽdendo. Regredi em̃ ẽ: vt ait Cassiodor̃: ire p viã q̃ venerat. Due spũales. Una q̃ ptinet ad bonos: q̃ ipse regredit̃ ad tps se subtrahẽdo/vt oipotẽtẽ ꝛ icõprehẽsibilẽ se eẽ oñdat: ꝛ vt mag̃ desiderũ accẽdat. Cant̃. vj. b. Auerte oc̃los tuos a me: qz ipsi me auolare fecerũt. Et. viij. d. Fuge dilecte mi ꝛc. Alia q̃ ptinet ad malos: q̃ ipe regredit̃/se ab illorũ notícia sbtrahẽdo. Vel sic: g Exurge dñe i ira tua: p hoies. i. irasceris eis ne te itelligãt: ꝛ ita te crucifigãt: Vñ ait: i Et exal. i fi. ini. meorũ. i. alt̃ ab eis efficere/vt te ñ itelligãt. Vñ etiã addit: k Et exurge dñe deus mė i pcepto qd mãdasti. i. i humilitate alt̃ esto. Et qz humil̃ ers̃: ñ itelligẽt te: vñ crucifigẽt. Et qz i te ñ credẽt iudei q̃ te crucifigẽt: credẽt i te gẽtes. Vñ addit: m Et syna. ppl̃orũ. i. ecclesia gẽtiliũ: n Circũdabit te/credẽdo. o Et ppt hãc. i. qz ista iterũ te offẽdet: p In altũ regredere. i. redi ad synagogã iudeorũ: ꝛ desine itelligi a gẽtib̃: qz exceccato parte d̃ gẽtib̃/oes isrl̃ salu̇ fiet p pdicationẽ helie ꝛ enoch: ꝛ tũc dñs veniet iudicare. Vñ addit: r Dñs iudicat ppl̃os: qd etiã primę expositiõi bñ cõpetit: Quia in ascẽsione dictũ est apostolis: Act̃. j. b. Queadmodũ vidistis eũ ascendentẽ in celũ: ita veniet. Ideo postẽ dixit de ascẽsione/In altũ regredere: subdit de iudicio: Dñs iudicat ppl̃os. Et ẽ hec ctia ps/vbi agit de iudicio regressi. i. christi: de cui̇ regressione supra dictũ ẽ: Et hoc est: Dñs iudicat. i. iudicabit: ppl̃os. i. oes/viuos ꝛ mortuos. Esa. iij. d. Stat ad iudicandũ dñs ꝛc. Qd iudiciũ nõ timẽs pfect̃/audet dicere: Judica me dñe ꝛc.

Ps. 68.

a Persequat inimicus aiam
b meã ꝛ cõmphendat: ꝛ pcul-
c cet i terra vitã meã: ꝛ glõriã
f meam in pulũerẽ deducat.
g Exurge dñe in irã tua: ꝛ ex-
h altare in finib̃ inimicorũ me-
k orũ. Et exurge dñe deus me-
l us in pcepto qd manda-
m sti: ꝛ synagoga populorũ
n circũdabit te. Et propter
o hanc in altum regrẽdere: do
q minus iudicat populos.

Gl̃ia multiplex

Ps. 144.

Puluis multiplex.

Ps. 18.

Dñs regressio triplex.

Alit.

Differentia iter pceptũ ꝛ mandatum.

Al. ꝛ cõgregatio.

a Judica me dñe ꝛc. Nõ aũt loquit hic pnitens: qui sup dixit: Saluũ me fac ex omnib⁹ psequentibus me: ꝛ libera me: sed pfect⁹ adepta iusticia dicit: Judica me domine ꝑm iusticiã meã: in bonis faciendis: b Et ꝑm innocentiã meã. i. malis fugiẽdis. Sz videt hic male petere duab⁹ rõnib⁹. Primo qꝛ petit iudicari. Unde Amos. v. e. Ue desiderantib⁹ diẽ dñi. Secũdo: qꝛ petit iudicari ꝑm iusticiã suã. Job xxv. b. Stellę nõ sunt mũdę i ꝓspectu eius. Esa. lxiij. c. Quasi pãn⁹ menstruatę vniuersę iusticię nostrę.

De pe. dis. 2. §. opponit. vltra me.

Al. †dirige. De pe. dis. 1. c. nũqd. Me sede va. c. 1. in pn.

Al. †auxiliũ.

a Judica me dñe ꝑm iusticiã
b meã: ꝛ ꝑm innocentiã meam
c sup me. Consumet nequitia
e peccatorũ: ꝛ †dirigẽs iustũ:
f g scrutans corda ꝛ renes de
b us. Justũ †adiutoriũ meũ a
i domino: qui saluos facit re
k l ctos corde. Deus iudex iu
m stus: fortis ꝛ †patiens: †nun
n quid irascetur per singulos
o dies. Nisi †conuersi fueri
p tis, gladium suũ †vibrabit:

Sol. Ad pmũ/ Uę desiderãtib⁹/ex psuptiõe: ꝛ nõ ex spe/sic iste desiderat. Ad secũdũ: Stellę nõ sũt mũdę i ꝓspectu ei⁹/ supple ex se: ꝑ ex grã. Et iõ sbdit b: c Sup me. q. d. hęc iusticia ꝛ inocẽtia st sup me. i. ũ ex me/ꝑ a deo: qꝛ oẽ datũ optimũ ꝛ oẽ donũ pfectũ/desursũ ẽ descẽdẽs a pãe luminũ: Jac. j. c. Et qꝛ aũ iudiciũ ꝓsumata erũt pctã amoꝛreoꝝ: de q̃bus Geñ. xv. d. iõ addit: d Cõsumet nequitia pctõꝝ: qꝛ iustũ ẽ vt q̃ i sordib⁹ ẽ/sordescat adhuc: Apoc. vlt. c. Ut iã veniat iustũ iudiciũ: qꝛ nõ min⁹ peccãt q̃ pęcepta dei ꝓtenũt/q̃ꝝ q̃ christũ crucifixerũt. Et magꝭ peccãt q̃ christo detrahũt se/dẽti ad dexterã pãis/q̃ꝝ q̃ crucifixerẽt eũ i terrꝭ. Nota q ẽ cõsũmatio ꝑm ꝕitatẽ scpturę: Ut Eccl. xliij. d. Cõsũmatio sermonũ ipse ẽ. Et ẽ ꝓsũmatio opatiõis: q̃ fuit in dñi passione. Job. xix. f. Cõsũmatũ ẽ. Et ẽ ꝓsũmatio in malo: Et hęc erit qũ hõ neq̃ssim⁹ se faciet credi deũ: ỏ q̃ addit b: Consumet ꝛc. Al. Cõsumet: alia lr̃a. i. ãnihilabit. Sz iterim: e Diriges iustũ: qꝛ ipius viuit pio. Diriges. i. rectũ facies: amouẽdo gibbositates ꝛ aspitates. Greg⁹. Pctã primiox frixoꝛia sũt iustoꝝ. Aug⁹. Nõ pmittit deus i republica fieri malum/nisi ex eo eliciat bonũ. Et qꝛ ista directio latet homines, ꝓt hypocrisim: addit: f Scrutãs corda. i. qd q̃sq̃ cogitet. g Et renes. i. qd quẽq̃ delectet. Et in b notat districtio iudicij. q. d. dñs iudicat hoc mõ: scrutãs corda et renes. i. cogitatiões ꝛ delectatiões. Hiere. xj. d. Tu aũt dñe sabaoth qui iudicas iuste/ꝛ pbas renes ꝛ corda. Et Prouerb. xvj. a. Oẽs vię hoim patent oculis ei⁹: spirituũ eñ ponderatoꝛ est dñs. Soph. j. c. Scrutaboꝛ hierl'm i lucernis. Sz si dñs ita districte scrutat cogitatiões ꝛ affectiones: qd q̃ de ꝓsensu ꝛ ope ꝛ cõsuetudine ꝛ ꝓtẽptu: Et nota q q̃ scrutat/ad diuersa ferꝭ: per qõ notat opeꝝ ꝛ circũstantiaꝝ ꝓsideratio. Cõtra. Hiere. xvij. b. Profundũ ẽ coꝛ hois ꝛ i/scrutabile. Sol. Inscrutabile ẽ hoi/ñ deo. h Justũ adiutoriũ meũ a dño. Duo st medicię genera: Unũ ẽ ad sanitatẽ q̃rẽdã: de q̃ pnitẽs supra egit. Alterũ ẽ ad sanitatẽ cõseruandã: de q̃ pfectus hic agit. Et est sensus: Justũ adiutoriũ ꝛc. i. iuste ꝓseruat medicina ad salutẽ quam iam fecit. i Qui saluos facit rectos corde. i. recte cogitantes. Et nota q i hac serie ꝑt notari triplex grã. Primo pficiẽs/ p hoc q dicit: Diriges iustũ. Scõo ꝓseruãs/ꝓtra tẽptationes/p hoc qõ dicit: Justũ adiutoriũ meũ a dño. Tertio ꝓsũmãs: p hoc qõ dicit: Saluos facit ꝛc. Itẽ nota q est triplex adiutoriũ dei. Unũ aũ pugnam: vt ꝓparemur ad eã sumẽdo arma: De quib⁹ Eph. vj. c. Accipite armaturã dei vt possitꝭ resistere i die malo: ꝛ i omnib⁹ pfecti stare: Sta/te q̃ succincti lũbos vr̃os in veritate/ꝛ induti loricã iusticię ꝛ calciati pedes in ꝓparationẽ euãgelij pacꝭ ꝛc. Et est adiutoriũ dei in pugna: vt viriliter dimicem⁹ ꝛ vincam⁹. Unde i Ps. Apprehende arma ꝛ scutũ ꝛ exurge i adiutoriũ mihi. Est tertiũ adiutoriũ p⁹ pugnã: vt adepto triũpho coꝛonemur. Ps. Dñe vt scuto bonę volũtatꝭ tuę coꝛonasti nos. De scõo adiutorio ỏꝛ hic: q̃si nõ tm̃ dirigis/ꝑ iuuas. Et ỏꝛ iustũ: qꝛ solⁿ deus est adiutoꝛ. Itẽ qꝛ ex pmissis ꝛ meritꝭ/ꝛ qꝛ adiuuat seruũ ꝛ etiã filiũ: Qui saluos facit: a culpa p grãz: a tẽptatiõe p augmentũ grę: a pęna in gloriã. Itẽ p b qõ dicit: Ea

Triplex cõsummatio.

Itẽ est ctiã cõsũmatio secũdũ. Heb. 9. g. Nũc aũt semel i cõsũmationẽ seclorũ. Itẽ ꝓsũmatio sctõꝝ. Eph. 4. c. Ad consũmationẽ sctõrũ ꝛc. Item consũmatio iusticie. Sap. 15. a. Nosse te consũmata iusticia est. Itẽ cõsũmatio operũ. Eccl. 38. c. Coꝛ suũ dabit i ꝓsũmationẽ operũ. Itẽ ꝓsũmatio grę. Apocꝭ. xx. b. Donec cõsũmẽt mille anni. Hec ẽ resurrectio pma: q̃ ẽ in pñti p grãm: Scda erit i futuro p gliam. Itẽ ꝓsummatio dilectiõis pfecte. Job. 17. d. Ego in eis ꝛ tu i me vt sint ꝓsũmati in vnũ. Itẽ ꝓsũmatio glię. Heb 11. g. Deo p nobis melⁿ aliq̃d ꝓuidente vt nõ sine nobis consũmarent.

Ps. 54.

Ps. 5.

Ps. 57.

domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus: fortis ꝛ patiens: †nunquid irascetur per singulos dies. Nisi †conuersi fuerit, gladium suũ †vibrabit: Al. †hõganim. Al. †nõ irã adducens. Al. †cõuertit. Al. †vibrani

in terra. q. d. coꝛ habetis curuũ i terrã ad faciendũ iniqtates ꝛ diligendũ vanitatẽ: non rectũ i cęlo ad ꝓtẽplãdũ ęqtatẽ/ꝛ amandũ bonitatẽ: sicut Cant. j. b. Recti diligũt te. Nec mirũ si salui fiũt recti corde: qꝛ in tuto habitãt. i. i cęlo i deo. Phil. iij. d. Cõuersatio nr̃a in cęlis est. Et Greg⁹. sup Job ij. In altũ mentem fixerat/ ꝛ ideo ad eũ inimic⁹ irrumpe nõ valebat. Sũt eñ recti corde/ vt aqla/q̃ reuerberatꝭ oculis i/tuet solẽ. De q̃ dicit Job. xxxix. d. Mũqd ad p̃cęptũ tuũ eleuabit aqla ꝛ i arduis ponet nidũ suũ: In petrꝭ manet/i pruptis silicib⁹ cõmoꝛat/atq̃ꝝ inaccessis rupibus. k De⁹ iudex ꝛc. Quarta pars: i q̃ terret metu futuri iudicij: ꝛ ponit q̃ttuoꝛ q̃re iudiciũ timendũ est. Primũ/qꝛ iudex omnia sciet: Unde dicit: De⁹ iudex: nõ hõ/q̃ decipi potest: ꝑ deus/q̃ oia scit. Unde s. Scrutans corda ꝛ renes de⁹. Secundũ est: qꝛ iustus erit/nec poterit corrũpi: Unde dicit: l Justus. Prouerb. vj. d. Zelus ꝛ furoꝛ viri nõ parcet in die vindictę: nec acq̃escet cuiusq̃ p̃cib⁹/nec suscipiet, p redemptione dona plurima. Hęc duo sępe coꝛrũpũt iudices: Unde phibent Deut. xvj. d. Nõ accipias psonã nec munera: qꝛ munera excęcant oculos sapientũ/ꝛ mutãt ꝕba iustoꝝ. Tertiũ est foꝛtitudo iudicꝭ: q̃ qõ iuste iudicauerit/potenter ꝛ foꝛtiter exequet: Unde addit: m Fortis: qꝛ nõ põt impediri ab executiõe. Job. ix b. De⁹ cuius irę nemo resistere põt. Et post: Si foꝛtitudo q̃/rit/robustissimus est. Quartum est patiẽtia eius: Unde dicit: n Patiẽs: qꝛ nõ statim punit: ꝑ nos ad pęnitentiã expectãs vsq̃ ad diẽ vltiõis sustinet. Sap. ix. d. Dissimulas pctã hoim ꝓpter pęnitentiã. Eccl. v. b. Altissimus est patiẽs reddituꝛ. Et ideo ipsa ei⁹ patiẽtia tũmẽda est malis: qꝛ coipso q expectauit eos dñs ad pęnitentiã ꝛ puerti noluerũt: district⁹ iudicabunt ꝛ durⁿ punient. Thren. j. e. Uocauit aduersũ me tps. Ro. ij. a. An ignoras qm̃ benignitas dei ad pęnitẽtiã te adducit: tu aũt ꝑm duriciã tuã ꝛ ipęnitẽs coꝛ/thesauriças tibi irã in die irę ꝛ reuelatiõis iusti iudicij dei. Greg⁹. Tanto i iudicio districtioꝛẽ iusticiã exhibebit/ quãto i p̃senti maioꝛẽ patientiã exhibuit. Et ꝓbat p effectũ q patiẽs est: subdẽs: o Nũqd irascet p singulos dies. q. d. nõ: Al. alia lr̃a: Non irã adducens p singulos dies: qõ magꝭ p/prie dicit: qꝛ nõ in ipso est ira q̃ punit: ꝑ in angelis malis q̃/bus punit: ꝑ nõ q̃tidie. Et nota q ira dei ỏꝛ punitio ei⁹ p gehennã: q̃ timenda est: de q̃ loquit hic. Itẽ ira dei ỏꝛ afflictio pęnę tpalis/q̃ appetẽda est. De q̃ Eccl. xvj. e. Auferet ęcelus me⁹ a te/ꝛ q̃escã/nec irascar amplⁿ: qõ est signũ reprobatiõis. Cũ ỏ sic irascit: signũ ẽ dilectiõis. ij. Machab. vj. c. Etẽñ nõ sinere peccatoꝛib⁹ ex sententia agere: ꝑ statim vltiones adhibere/magni beneficij est indiciũ. Nota q in b versu in christo ostendunt esse q̃ttuoꝛ virtutes cardinales: Prudentia/p hoc q dicit/ Judex: Ad prudẽtiã eñ ptinet discernere ꝛ iudicare. Justus/Ecce iusticia. Fortis/Ecce foꝛtitudo. Patiẽs/Ecce tẽperãtia. Quę etiã in q̃libet iudice req̃runt. Prudentia/ne decipiat: Justicia/ne flectat: Foꝛtitudo/ne terreat: Patiẽtia siue tpantia/ne impetu ducat/vl' ad irã moueat. Me aũt credat ista patientia dei esse ex remissione/addit: p Nisi ꝓuersi ꝛc. dũ ipse patiẽs est. Cõuersi/dico ad eũ p pęnitẽtiã: q̃ auersi estis p maliciam ab eo. q Gladiũ suũ vibrabit. i. christũ in iudicio: qui dicit gladius a diuidendo. Matth. x. d. Nõ veni pacẽ mittere in terrã/sed gladiũ: veni eñ separare hominẽ aduersus patrem suũ: ꝛ filiã aduersus matrẽ suã: ꝛ nurũ ꝛc. i. a mũdano ꝛ carnali amoꝛe.

Duplex i

Quattu tes card esse in ch ostendit. Iste xtu debent i libet iudi

Christus gladius.

nali amore. Iste gladius in primo aduentu tectus fuit vagina nostre mortalitatis: sed in secudo veniēs in maiestate ⁊ gloria coruscabit. Uel gladius vibratus/dicit cōminatio pēne gehēnalis: q̄ gladius dicit Job.xix.d. Fugite a facie gladij: q̄m vltor iniquitatum est gladi⁹: ⁊ scitote esse iudiciū. Deut.xxxij.f. Gladius me⁹ deuo/bit carnes.i. carnales homies. Esaie.xxvij.a. In die illa visitabit dñs i gladio suo duro ⁊ grādi ⁊ forti. Sz multi nō timēt hāc vibra/tionē. Job.xli.d. Derideb́it vibrātē hastā: Hoc ē ꝓm Greg. cōminationē pēne ēternę nō metuet. Uibrabit. Esa.ix. Adhuc manus eius extenta. Deut. xxxij.f. Si acuero vt fulgur gladiū meū: ⁊ arripuerit iudiciū man⁹ mea. Zach.ix.d. Exibit vt fulgur gladi⁹ eius. Et ne hoc videat esse ꝓditio/subdit:

a arcū suū tetēdit et pa/ b rauit illum. Et in eo parauit c vasa mortis: sagittas suas ar/ d dentibus effecit. Ecce par/ e turit iniusticiā: cōcepit do/ f lorem et peperit iniquitatē.

Arcus dicitur sacra scriptura

a Arcū suū tetēdit. Arc⁹ ē sacra scptura. Job.xix.d. Arcus meus i manu mea instaurabit. Arc⁹ in manu/est scptura ī opatiōe. Arcū in mann tenet: qui qd intellectu pcipit/opatiōe pficit. Hūc arcū tetendit: q̄m vetus testamentū p nouū adimpleuit: ⁊ ei⁹ duritiā inclinando emolliuit. b Et parauit illū: q̄m p expositores explanauit. In arcu em̄ st duo: Lignū ⁊ chorda. Chorda quę est mollis/est nouū testamentū: Lignū est duricia veteris testamēti. Tūc autem dicit arcus tendi: q̄m mollis chorda trahit ⁊ flectit lignū. Tūc aūt parari dr̄: q̄m sagitta aptat chordę ⁊ ligno/q̄si statim emittēda. Hoc autē fit p expositores: q̄ sentētiae ⁊ cōminatiōes sacrę scripturę veteri ⁊ nouo cōcordātes ⁊ ex eis ꝓdeuntes: cito venturas declarant. Sentētię em̄ ⁊ cōminatiōes sūt sagittę. De q̄ paratione Pś

Pś.17. Reuelata sunt fundamēta orbis terraꝝ. Et alibi: Dedisti me/

Pś.59. tuentib⁹ te significationē/vt fugiant a facie arcus. Hoc autem fecit ⁊ christus: quādo vetus p nouū nō destruxit: sed tempe/

Arc⁹ duplex rauit. Matth.v.b. Nō veni legē soluere/sed adimplere. Et nota q̄ est arcus exterior ⁊ interior: inferior ⁊ supior. Exterior est sacra scriptura: de quo hic agit. Et hic tendit a deo: vt dicū est: ⁊ emittit sagittas p̄dicationis ⁊ cōminatiōis: vt dictū est: quibus sagittant peccatores. Vñ Esa.xiij.d. Ecce ego suscitabo sup vos medos: qui argentū nō quērāt nec aurum velint: sed sagittis paruulos interficient. Medi/interp̄tant mēsuratores: ⁊ significant p̄dicatores/qui mensurant triticū dñi. Luc.xij.f. Quis putas est fidelis dispensator ⁊ prudens/quē cōstituit dñs supra familiā suā vt det illis in tpe tritici mensurā: Qui p̄dicatores/ad litterā/nec argentū quērere/nec aurum velle debent: sed solū ꝓfectū animaꝝ. ij. Corinth.xij.e. Non quero quę vestra sūt: sed vos: Et sagitt. cōminationū interficere debent paruulos: id est primos motus in auditoribus.

Pś.17. Arc⁹ interior/est bona intētio: De quo Pś. Posuisti vt arcum ęreum brachia mea. Glo. ibi.i. dedisti mihi infatigabilē intentionē bonoꝝ operū. Hic tendit ab homīe iusto: ⁊ emittit sagittas bonorū operū/quib⁹ sagittat diabolus. De quo pōt exponi illud Job.xxix.d. Gloria mea.s. cōsciētię/semp innouabit: ⁊ arcus meus.i. bona intentio/in manu mea instaurabit.i. in opatione confirmabit. Matth.xij.c. Bonus homo de bono thesauro pfert bona.q.d. bonas sagittas de bona phare/

Pś.45. tra. Arc⁹ inferior/est dol⁹ ⁊ insidię maloꝝ: De quo Pś. Ercū coteret ⁊ cōfringet arma. Hic tendit a diabolo ⁊ emittit sagittas pscutionis: Ut patet ad litterā in beato Sebastiano/quē sagittauerūt iniqui: Et de oib⁹ martyrib⁹ dicit ad Heb.

Pś.63. xi.g. Lapidati sunt/secti sunt ⁊c. Pś. Subito sagittabunt eū et nō timebunt. Arcus superior/ est rigor iudicij. Job.xx.d. Fugiet armaferrea ⁊ incidet in arcū ęreum. Hic a christo homine tēdit/⁊ emittit sagittas mortis. Matth.xxv.d. Ite maledicti in ignem ęternū. De primo autē de quo hic loquit/subdit:

c Et in eo parauit ⁊c. id est in sacra scriptura disposuit hęreticos futuros: qui ex scripturis male expositis venenāt et occidūt aias. Uel d Uasa mortis. i. quędā obscura loca

Pś.106. scripturę/vnde mors est in ipsis hęreticis. Pś. Errare eos fecit in inuio ⁊ non in via/ pmissiue. Uel/ Uasa mortis. i. cōminationes quo ad malos/⁊ q̄ ad hęreticos. Uel Uasa mortis. i. apl'os: qui occasionaliter sunt vasa mortis: ꝓm illud. ij. Cor. ij.d. Alijs sumus odor mortis in morte. e Sagittas suas. i. auctoritates sacrę scripturę de dilectiōe dei acutas. Cant. iiij.c. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa. Alia lra: vulnerata charitate ego sū. Pś. Quid dek tibi aut qd ⁊c. Pś.119.

Et respōdet: Sagittę potētis acutę. f Ardentibus: charitate auditorib⁹. g Effecit. i. fecit vt sint eis vtiles. Vñ ardēs spōsa dicit Cant. v.b. Ar. ⁊operat⁹ est Ar. ⁊laborem

Alia mea liquefacta est vt dilect⁹ locut⁹ est. Uel Sagittas effecit ardētibus. i. ad hoc vt arderēt homies igne charitatis. Luc. xij.f. Ignē veni mittere in terrā ⁊c. Uel Ardētibus: p̄dicatorib⁹: Sagittas suas. i. verba p̄dicationis: ꝓm qd dicit Greg⁹: in eo q̄ vitia feriūt/ male viuentiū corda trāsfigunt. Effecit: vt pficerēt. Ecci. xlviij.a. Surrexit helias q̄si ignis: qz verbū ipsi⁹ q̄si facula ardebat. ij. Regl. j.d. Sagitta ionathę. i. p̄dicatoris ardētis/nunq̄ abijt retrorsuz. Jonathas iterp̄tat donū colūbę: ⁊ charitas donū ē spūsancti.

h Ecce parturit iniusticiā ⁊c. Supra dixit q̄ domin⁹ parauit vasa mortis: vñ posset qs dicere q̄ dñs esset auctor mortis ⁊ pcti. Hoc remouet hic dicens: Ecce: q̄si in euidēti est q̄ non deus sz homo: qz hō cōcepit. Sic ordina: Cōcepit/malū cōcupiscendo: parturit cōsentiendo ⁊ machinādo: parit/ opere perpetrando. i Concepit dolorem: id est appetitū temporaliū/in quo est dolor: qz est labor in acquirēdo: timor in possidendo: dolor in amittendo: Vñ dicunt spinę: Matth.xiij.c. Istum dico dolorem/Cōcepit: ad suggestionē diaboli. Et dicit: Cōcepit dolorē: vt sic ipso verbo inuitet ad fugā peccati: ⁊ vt significet peccatū nō posse expiari/nisi per dolorem. Parturit iniusticiam. i. maximo laboze nisus est efficere. Miere. ix.b. Ut inique agerent laborauerūt. Esa. lvij.d. Cor impij quasi mare feruēs. k Et peperit iniquitatē: male operādo. Et nota differentiā inter iniusticiā ⁊ iniquitatē. Sicut em̄ iusticia est reddere vnicuiq̄ qd suū est: ⁊ equitas quātum suū est: Sic iniusticia est auferre qd suum est: iniquitas quātum suū est. Sed nota q̄ primo dicit: Parturit: ⁊ postea dicit: Cōcepit: vt p huius litterę inordinationē/significet inordinatio peccati. Dicit em̄ Aug⁹ q̄ ex p̄posteratiōe litterę/notat trāsgressio. Nota q̄ ē cōceptio bona: q̄ ē a timore dñi. Esa. xxvj.d. A facie tua dñe: vt timore: ꝓm aliā litterā: cōcepim⁹ ⁊ q̄si parturuim⁹ ⁊ peperim⁹ spiritū salutis. Est ⁊ cōceptio mala: quę est ī ꝓma cōcupiscētia: ⁊ est a diabolo/qui corrūpit animā ⁊ impregnat. Sed nota ordinē. s. quō anima cōcipit peccatū a diabolo: quia ꝓmo alloquit animā p suggestionē. Judith.xij.c. Non vereat bona puella intrare ad dominū meū: vt honorificet ante faciem eius. Gen. xxxiiij.a. Sichem dinam blandit̄ deliniuit. Cōtra q̄ dicit Prouerb. ij.b. Cōsiliū custodiet te: ⁊ prudētia seruabit te vt eruaris a via mala ⁊ ab homīe qui puersa loquit: id est a diabolo. Secūdo amplexat/rationes inducēdo. Prouerb. vij.d. Irretiuit eum multis sermonibus ⁊c. Tertio deosculatur per delectationē. Prouerb. xxvij.a. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulēta oscula odientis. i. diaboli: vt ibidem dicit Interliñ. Hoc significatum fuit. ij. Regū. xx.c. vbi ioab dixit amasę: Salue mi frater: et tenuit manu dexteramentū amasę quasi deosculans eum: Porro amasa nō obseruauit gladiū quem habebat ioab: qui pcussit eum in latere et effudit intestina eius in terrā/⁊ mortuus est. Joab interp̄tat inimic⁹: ⁊ significat diabolum: qui sub specie osculi interficit animā. Quarto cōmiscet ei per consensum. Sap. iij.c. Felix est sterilis ⁊ incoinquinata: quę nesciuit thorum in delicto. Quinto cōcipit anima p propositū ⁊ deliberationē peccādi. Osee. ix.c. Gloria eorum a partu et ab vtero ⁊ a conceptu. Sap. iij.d. Ab iniquo thoro semē exterminabit. Sexto parturit in pcuratione peccati: sicut dicit hic: Ecce parturit iniusticiā. Esaie. xxxvij.a. Venerunt filij vsq̄ ad partū: ⁊ nō ē vir⁹ pariēdi. Gen. iij.c. In dolore paries ⁊c. Septimo

Differētia inter iniusticiam et iniquitatem

Cōceptio duplex

Quō aia cōcipit peccatum a diabolo

Historia